

## ἄζυγείς / iniuges

DIOM. GL I 498. 24 sqq. optimi versus dena proprietate spectantur, principio ut sint inlibati, iniuges, aequiformes, quinquipartes, partipedes, fistulares, aequidici, teretes, sonores, vocales. itaque et Graeci suos nuncupant, ἀπληγεῖς, ἄζυγείς, ἀπρόσχημοι, πενταμερεῖς, ποδομερεῖς, συρ<ιγγ>όποδες (syropodis *B*, siropodis *A*, csyropodis *M*, *corr. ap. Liddell-Scott lex.*), ἰσόλεκτοι, κυκλοτερεῖς, ἤχητικοί, φωναστικοί... 499. 2 sqq. iniuges sunt qui nulla coniunctionis syllaba copulantur, quos Graeci ἀσυνδέτους nuncupant, sicut: (Verg. *Aen.* VII 170)

tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,  
 sine nexu. nullus enim coniunctionis nexus occursat. [D.C.]